



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XL. Nicolaus, Bischof von Verden, bestätigt dem Kloster Diesdorf den
Erwerb einer Hufe in Abbendorf, am 25. Juni 1330.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XL. Nicolaus, Bischof von Verden, bestätigt dem Kloster Diesdorf den Erwerb einer Hufe in Abbendorp, am 25. Juni 1330.

Nicolaus, dei gratia Episcopus Verdenfis, omnibus et singulis ad quos presentes pervenerint salutem in domino, literas super venditionem cuiusdam magistri inter discretum virum dominum Suiderum prepositum, priorissam et conventum monialium in Distorppe ex vna et Hinricum plebanum in Abbendorpe ex altera confectas et eiusdem prepositi ac conventus sigillis sigillatas vidimus ac audivimus in hec verba. Nos Suiderus prepositus, Mechtildis priorissa totusque conventus sanctimonialium in Distorppe recognoscimus protestantes, quod dominus Hinricus, plebanus in Abbendorpe, temporibus domini Borchardi, pie memorie prepositi nostri, anno M^o. CCC^o. XX^o. de ecclesia nostra in villa predicta vnum mansum, qui desertus dicitur, cum sua area valentem annuatim dimidium corum filiginis ad sue vite tempora sibi favorabiliter comparavit. Nostris vero temporibus dictus dominus Hinricus a nobis ex nostro consilio et consensu de novo dictum mansum desertum emit pro XXVI marcis Soltwed. denariorum cum sua area valentem dimidium chorum filiginis annuatim et vnum pullum et septem solidos liberum ab omni servicio et exactione ex parte nostra perpetuo sub hac forma, quod mortuo domino Hinrico prefato prepositus nomine ecclesie pro recognitione domini vnum pullum et vnum solidum ex dicto manso recipiet annuatim. Alias vero sex solidos cultrix nostre ecclesie habebit de sepedicto deserto manso ad emendacionem luminis dominici sacramenti, dimidium autem chorum filiginis mansi predicti memoratus dominus Hinricus viva voce cupiens se participem devocionum et orationum dominarum nostrarum pro speciali eius memoria ad consolacionem aliqualem in assumptione virginis gloriose nostro conventui perpetuis temporibus assignavit. Datum sub nostrarum testimonio sigillorum, anno domini M^o. CCC^o. XXVIII^o., in Epiphania domini. Cuius venditionis literas gratas et ratas habentes presentis scripti patrocinio ipsas confirmamus. Datum Rodenborch, anno domini M^o. CCC^o. XXX^o., VII. Kal. Julii.

Gercken's Fragm. IV, 108. 109.

XLI. Die von Walstawe verkaufen einen Hof in Werle an das Kloster Diesdorf, am 10. März 1331.

Nos Wernerus et Borchardus, fratres, dicti de Walstawe, tenore presentium recognoscimus et lucide protestamur, quod matura deliberatione prehabita, de illorum quorum intererat assensu, curiam nostram in Werle, quam nunc Bernardus inhabitat, unum chorum cum dimidio filiginis quolibet anno pro canone et tres solidos Soltwedelenf. denariorum cum decima minuta que vulgariter smale tegede nuncupatur et duobis pullis solventem, cum omnibus suis pertinentiis prout olim parentes nostri et nos ipsos nunc possedimus, honorabili viro domino Suidero, preposito nec non priorisse et conventui sanctimonialium in Distorppe pro XVIII marcis Stendal.